



Universitätsbibliothek Paderborn

**R.P. Clavdii Aqua-Vivae Societatis Iesv Præpositi
Generalis V. Meditationes In Psalm. 44. et 118**

Acquaviva, Claudio

Coloniæ Ubiorum, 1616

45 Et ambulabam in latitudine: quia mandata tua exquisiui.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50645](#)

tum, laudesque exhibemus. Ergo, si hominem dixisset, Semper, posset intelligi quamdiu hic viuo, sed, In seculum seculi, vita æterna est: quæ finem non habet, sed est in æternum, & ultra. Sed quid prohibet grandem affectum intelligere hominis volentis, omninoque parati in

Et præparatio ani-
mi in nom-
se tēpus. sam r
est, i
Quan
in lati
ambu
iniqu
tur eis
tes, &
fera fa
uendum est: imò & parati in æternum viuere, ut in æternū seruet? Solet enim affectus in mensura contra mensuram audere. O affectus ardens, & exundans: ô propositum immensum, seque supra mensuram extendens. Dolet de breuitate vita, nec eam metitur in desiderio; sed delectatur in eo, quod subinde recogitat: quia si huic finis imponitur, aderit illa post peregrinationem, in qua sine fine Deo perfectè placens, legem voluntatemque illius, altiori prorsus modo absorptus in cū perfectissimè seruet.

45 Et ambulabam in latitudine: quia mandata tua exquisui.

Via man-
datorum
lata, &
angusta. Cvr
test
tissim
conuer
to legi
qui ex i
legis il
tam, v
dat hos
cīe, &
ditatem
optat,
tia, loc
tur cum
rodis R
conspic
ni eiusm
nis peri

Matt. 7. SI via mandatorum est, quæ dicit adivitam, de qua Dominus ait. Arcta est via, quæ dicit ad vitam, quomodo Propheta canit se ambulasse in latitudine, quia mandata Domini exquisiuit? Nimuram via Dei lata est, & spatiofa; sed caro, & sanguis angustat illam, asperat, & spinosam

sam reddit. Percurritur & in latitudine, id *Sup. ver.*
est, in lētitia cordis, de qua dictum est. 32.

Quantæ autem misericordiæ sit ambulare
in latitudine, docet eorum miseria, qui
ambulant vias difficiles : laffantur in via
iniquitatis : errant à veritate, nec sol ori-
Sap. 50.
tureis : vt illi apud Sapientem conquerē-
tes, & gementes euenisse sibi pœnitentia
sera fatentur.

46 Et loquebar de testimonijstuis in
conspectu regum: & non confunde-
bar.

CVR enim confundatur, cum loquatur
testimonia Dei, quæ sanctissima, & re-
stissima sunt? quæ lucidissima, animas *Psal. 18.*
conuertentia, quæ immaculata, & à tan-
to legislatore sancta? Cur confundatur, Timor, &
qui ex meditatione, & obseruatione diuine cupiditas
legis illud consequitur, vt vtramque por-
portæ cō-
fusionis.
tam, vnde verè confundi poterat, occlu-
dat hosti, qui confusionem nostram soli-
citat, & sine intermissione procurat, cupi-
ditem scilicet, & timorem? Qui nihil
optat, nihil metuit, loquitur cum fidu-
cia, loquitur sine confusione. Loqueba- *Marc. 6.*
tur cum fiducia Ioannes in conspectu He-
rodis Regis : loquebantur & Martyres in
conspectu Regum. Denique verba Domi- *Zelus ta-*
ni eiusmodi sunt, vt ab amante in quo- *cere ne-*
uis periculo taceri non possint. Vnde & quit-

Q. 4 Iere-